Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



sue clamauerunt ad te. et tu de celo audisti.
sdm miserationes tuas multas. dedisti eis
saluatores. qui saluauerunt eos de manu hosti
um suorum. Cumq; requieuissent. reuersi sunt ut fa
cerent malum in conspectu tuo. et deliquisti eos
in manu inimicorum suorum. et possederunt eos. Con
uersique sunt. et clamauerunt ad te. Tu autem de celo
audisti. et liberasti eos in misericordiis tuis mul
tis temporibus. et contestatus es eos ut reuer
terentur ad legem tuam. Ipsi uero superbe egerunt. et non
audierunt mandata tua. et in iudiciis tuis peccauerunt. quae faciet homo et uiuet in eis. et dede
runt humerum recedentem. et ceruicem suam indu
rauerunt. nec audierunt. et protraxisti super eos
annos multos. et contestatus es eos in spiritu tuo
per manum prophetarum tuorum. et non audierunt. et dedisti
eos in manu populorum terrarum. in misericordiis autem
tuis plurimis non fecisti eos in consumacione. quia
deliquisti eos. quia deus misericordiarum. et clemens
tu es. Nunc itaque deus noster deus magne. fortis. et
terribilis custodiens pactum et misericordiam. ne auer
tas a facie tua omnem laborem qui inuenit nos
reges nostri. et principes nostri. et sacerdotes nostri.
et prophetae nostri. et patres nostri. et omnem populum tuum.
a diebus regis assur usque ad diem hanc. et tu
iustus in omnibus qui uenerunt super nos. quia uera
citer fecisti. nos autem impie egimus. Reges
nostri principes nostri. sacerdotes nostri. et patres nostri non
fecerunt legem tuam. et non attenderunt mandata
tua. et testimonia tua quae testificatus es
in eis. et ipsi in regnis suis bonis. et in bonitate
tua multa quam dederas eis. et in terra latissima
et pingui quam tradideras in conspectu eorum non
seruierunt tibi. nec reuersi sunt a studiis suis
pessimis. Ecce nos ipsi hodie serui sumus. et
terram quam dedisti patribus nostris ut comedent
panem eius. et quae bona sunt eius. et nos ipsi serui su
mus in ea. et fruges eius multiplicentur regibus qui
posuisti super nos propter peccata nostra. et corporibus
nostris dominantur. et iumentis nostris secundum uoluntatem suam. et in tribulacione magna nos sumus
Super omnibus hiis nos ipsi pacium fedus et
scribimus. et signant principes nostri. leuite nostri. et
sacerdotes nostri. Signatores autem fuerunt nee
as atharsata. filius achelai. et sedechias. sa
raias. azarias. melchia. phessur. amaria.
ieremias. attus. sebenia. melluc. arem. mer
muth. odias. danihel. gecton. baruch. mosol
lam. abia. miamin. maazia. belga. semaia. hii
sacerdotes. Porro leuite. iosue filius azanie. bennui
de filius enaddad. cedmihel. et fratres eorum. seche
nia. odeuia. celita. phalaia. anan. micha. roob
asebia. zacchur. arabia. odi. abani. aoria. ba
nun. banuui. Capita populi. pheros. ferhymoab.
helami. zamb. bani. bonni. azagad. azer.
ezechia. azur. odeuia. asum. besia. ares. ana
thoth. nebai. nectia. mesollam. azur. mefizabel
sadoch. reddua. pheltia. anan. anania. osee.
anania. asub. alees. phalea. sobech. reu. asem.
namathsia. ehai. hanan. melluch. arem. baa
na. et reliqui de populo. sacerdotes et leuitae. iani
tores et cantores. nathinnei. et omnis qui se sepa
uerunt de populis terrarum ad legem dei. uxores eorum
et filii eorum et filiae eorum. omnes qui poterant
sapere respondentes pro fratribus suis optimatibus
eorum. et qui uenebant ad pollicendum. et manda
ut ambularent in lege dei quam dederat in
manu moysi serui dei. ut facerent. et custodi
rent uniuersa mandata domini dei nostri. et iudicia
eius. et ceremonias eius. et ut non darem filias nostras
populo terre. et filias eorum non accipem filius nostris
populi quoque terre qui inportant uenalia. et omnia
ad usum per diem sabbati ut uendant. et non acci
piem ab eis in sabbato. et in die sanctificata. et dimit
tem annum septimum. et exactionem uniuerse man
et statuem super nos precepta ut demus tertiam parte
sicli per annum ad opus dei nostri. ad panes propositi
onis. et ad sacrificium uespertinum. in sabbatis. in
kalendis. in sollempnitatibus. et in sanctificatis. et pro
peccato ut exoretur pro israel. et in omnem usum
domus dei nostri. Sortes quoque misimus super oblaci
onem lignorum inter sacerdotes. et leuitas. et populos
ut inferrent in domum dei nostri per domos patrum
nostrorum per tempora. a temporibus anni usque annum.
ut arderent super altare domini dei nostri sicut scptum
est in lege moysi. et ut afferrem primogenita